P oenior. Ago adi atq; appella quid uelit. quid uenerit qui ſit. q̊ patre. unde.
S it ne parleris Mil auo quo Lates eſtis aut quo ex oppido
Poe A nno mutum balle beccha edre anech. Ago quid ait.
Mil H annonem ſe ſe ait carthagine carthaginieſem mutum ballis filium
Poe V o Mil ſalutat. Poe donni. Mil doni uolt tibi dare hinc
N eſcio quid audin pollicerier. Ago ſaluta hunc rurſus punice uerbis meis
Mil A uo non ne hic mihi tibi inquit uerbis ſuis. Poe me barbeccha
Mil I ſtuc tibi ſit potius q̄ mihi. Ago quid ait. Mil miſeram eſſe predicat
B uccam ſibi. fortaſſe medicos nos eſſe arbitrat᷑. Ago nega
E ſſe. nolo ego errare hoſpitem. Mil audi tu rufen nuco iſtam
Ago S ic uolo profecto uera cuncta huic expedirier. roga nunquid opus ſit
O pus ſit. Mil tu qui zonam non h̄es quid in hanc uenistis urbem
A ut quid queritis. Poe muphurſa Ago quid ait. Poe miu ulec hianna
Ago Q uid uenit. Mil non audis mures africanos predicat
I n pompam ludis dare ſe uelle edilibus. Poe Lalech Lach ann milim ythot
Ago Q uid nunc ait. Mil lingulas canalis ait ſe aduexiſſe et nuces
N unc orat operam ut des ſibi ut ea ueneant. Ago mercator᷑ credo eſt
Poe I s ſam. Mil arbinam quidem. Poe palum erga dectha
Ago M ilphio quid nūc ait. Mil paleas uendundas ſibi met mergas datas
V t ortum fodi atq: ut frumentū metat ad meſſim. credo niſi
Q uidem tua. Ago quid iſtuc ad me. Mil certiorem te eſſe uolui nequid
C lam furtiue accepiſſe cenſeas. Poe muphonnium ſucoraim.
Mil H em caueſis feceris quod hic te orat. Ago quid ait. aut qd orat expedi
Mil S ubtratim ut iubeas ſe ſupponi atq; eō lapides imponi multos
V t ſe ſe neces. Poe gunebel balſamen craſan. Ago narra qd eſt
Q uid ait. Mil nō hercle nunc quidem q̄cq̄ ſcio. Poe at ut ſcias n̄c dehinc
L atine iam loquar. ſeruum hercle te ēē oportet et neq̄ & malum
H ominem peregrinum atq: aduenam qui irrideas. Mil at hercle te
H ominem & ſicophantam & ſubdolum q huc aduenisti nos
C aptatum. miſcdilia biſulci lingua quaſi p ſerpens beſtia
Ago M aledicta hinc aufer linguam compeſcas: tace male dicere
H uic. tu temperabis ſi ſapis: meus eſt ſanguineus nolo te iniuſte loqui
C arthagini ego ſum natus ut ſis ſciens. Poe o mi popularis
S alue. Ago & tu edepol quiſq̄s es. ſi quid opus eſt quaeſo
D ic atq; impera popularitatis cā. Poe habeo gratiam.
V erum ego hic hoſpitem unum h̄eo antidame filium.

License: CC-BY-NC – Cologny, Fondation Martin Bodmer, Cod. Bodmer 138, f. f.%20198v – Plautus, Comedies (http://www.e-codices.ch/en/fmb/cb-0138/f.%20198v)